Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35415
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

custodiunt et defendunt nos ab-
hostibus corporis et anime. Dicit enim
quidam quod nullus posset subsistere
contra demones si non esset subsidium
angelorum. Unde hugo Beda demones
volitant circa nos ut apes. Unde
sumus in medio demonum quasi
qui est in medio apum. Unde nullus
posset inter nos vivere si non esset
custodia angelorum qui nos defen-
dunt die noctuque. In signum huius
legitur quod cum Josue duceret populum
in terram promissionis et cum in media
nocte cerneret exercitum suum vidit
angelum stantem evaginato gla-
dio. Cum Josue: noster es an adversa-
riorum. Audit verum sum et dei exercitui
defendo. Unde quilibet homo non
debet se deponere dormitum nisi
dicat unum pater noster et recommendet
se angelo cui in custodia est depu-
tatus et ut sanus surgat. Item de-
bemus honorare ipsos quia omnia bona
nostra offerunt deo. Huius signum
habemus in Thobia ad quem missus
fuit angelus ut eum illuminaret
quod cecus erat dixitque ei: Quando
orabas cum lacrimis et sepeliebas
mortuos et elemosinas dabas
ego obtuli coram deo. Exemplum huius
habemus in quodam bono homine qui
cum frequentaret iret ad dedicacionem et
ad missam cepit cogitare si aliquod
premium ex hoc speraret existens
in via. Et ecce angelus domini sibi
apparuit habens cophinum aureum in
manu sua dixitque ei: omnes passus
quos calcas ego recipio. Item debemus
ipsos honorare quia animas nostras ad
celum offerunt. Huius exemplum habemus in

multis sanctis et precipue in lazaro
mendico etc.

v Vestigia eius secutus est pes
meus. Job. Modo quod beatus
Jeronimus secutus est
dominum sic qui sequitur lucem. Christus
enim est vera lux, qui sequitur ipsum
non potest errare nec cadere. Item sic sequa-
mur. Dicit enim Johannes: Socio in via
eamus ac quamdiu lux est ne te-
nebre nos apprehendant. Sic etc. Unde
dominus in ewangelio: ambulate dum lucem
habetis ne etc. Item sic animalia ante noc-
tem tendunt ad commodum, avis ad
nidum, porcus ad stabulum, sed porcus
si tardat dicit dominus: primus pelle por-
cum in stabulum. Sic qui tardat et
si veniat nox vel mors pelleris
in stabulum eterne mortis. Sed
quidam non secuntur dominum sed vertunt ad
dorsum. Unde Augustinus: Vertebam dorsum
ad lumen et ideo non illuminabatur facies
mea. Dorsum vertis ad lumen quando re-
cedis a deo per peccatum. Tunc non est culpa
luminis si non vides sed tua, sicut cum
oculus non videt solem non est culpa
solis sed oculi. Sic etc. Unde quidam
secuntur ipsum oculo sed non pede. Sic
rusticus qui videt vestigia
leporis dicit ecce hic cucurrit
lepus et oculo intuetur sed vesti-
gia non intuetur. Quidam nec pede
nec oculo secuntur eum sed tamen lingua
ut dicitur de ceco qui iuxta viam
sedebat etc. De talibus dominus dicit per
prophetam: populus hic me labiis ho-
norat etc. Sequeris ergo dominum cum
beato Jeronimo pedibus ne defi-
cias in via ut primus canis qui
sequitur leporem et cum non statim
potest eum investigare currit et

Jeronimus